DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Parabola ſeminantis.

MATT. XIII. LVC. VIII. MARC. IIII. ANNO XXXII.

In xvij. imaginem adnotatiuncula. xvij. 38.

A. IESVS ſedens in naui ad littus iuxta Capharnaum docet.
B. Agricola ſementem faciens.
C. Cadit ſemen in viam.
D. Cadit in petroſa.
E. Cadit in ſpinetum.
F. Cadit in terram bonam; & facit vnum centeſimum fructum, aliud ſexageſimum &c. Parabolam explicat Chriſtus.

EVANGELIVM MISSÆ.

MATTH. XIII.	LVC. VIII.	MAR. IIII.
In illo die exiens IESVS de domo, ſedebat ſecus mare.		*Et iterũ cœpit docere ad mare:*
Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ,	[a] Cum autem turba plurima cõueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum,	*& congregata eſt ad eum turba multa,*
ita vt in nauiculam aſcendens [a] *ſederet;*		*nauim aſcendens ſederet in mari,*
& omnis turba ſtabat in littore:		*& omnis turba circa mare ſuper terram erat.*
& locutus eſt eis multa in parabolis, dicens;	dixit per ſimilitudinem;	*Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua;*
Ecce,	[b] Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum;	*Audite. Ecce, exijt ſeminans ad ſeminandum.*
	& [b] dum ſeminat,	
quædam ceciderunt ſecus viã,	aliud cecidit ſecus [c] viã,	*circa viam,*
	& conculcatum eſt,	
& venerunt volucres cæli, & comederunt ea.	& volucres cæli comederunt illud.	
Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi nõ habebant terram multam;	Et aliud cecidit ſupra [d] petram;	*Aliud verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam;*
& continuò exorta ſunt,		*& ſtatim exortum eſt,*
quia non habebãt altitudinem terræ.		*quoniam non habebat altitudinem terræ:*
Sole autem orto æſtuauerunt,		*& quando exortus eſt ſol, exæſtuauit,*
& quia non habebant radicem, aruerunt.	& natum aruit, quia non habebat humorem.	*& eo quod non habebat radicem exaruit.*